δάζετο. Ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἡράκλειος, μετὰ τὸν τυραν-
νήσαντα Φωκᾶν ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένος,
σφόδρα περιαλγῆς, καὶ κατώδυνος γεγονὼς, λιπὼν
τὰ βασίλεια, διὰ τοῦ Εὐξίνου Πόντου συναγαγὼν τὰς
ἐτι περιούσας τῶν στρατευμάτων δυνάμεις, ἀθρόως
οὐδὲν προμαθόντων ἐν Περσίδι, τῇ χώρᾳ προσβάλλει·
B γνοὺς δὲ τὴν ἐκστρατείαν τοῦ βασιλέως ὁ Σκύθης
Χαγάνος, εὐθύς εἶχετο ἔργου· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν
πλοίων ἐπλήρου τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ, διὰ τὸ ἐξ ἐνδῆς
ἐπιμήκους σχεδὸν ἴζεσθαι ξύλου, μονόφυλλα βαρβάρων
φωνῆ προσαγορεύονται· τὴν δὲ γῆν, ἱππέων τε καὶ
πεζῶν.

Ὁ δὲ κατὰ τὴν βασιλίδα λαὸς, ὑπὸ Σεργίου τοῦ τὴν
πατριαρχίαν ἔχοντος τότε, πολλὰ παρεκαλεῖτο, καὶ
πρὸς τοῦ μὴ πίπτειν ἐδιδάσκετο, « Θαρσύνετε, τέκνα,
λέγοντος· καὶ μόνον εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τῆς
σωτηρίας ἀναθώμεθα, καὶ πρὸς αὐτὸν χεῖρας, καὶ
ὄμματα ἐξ ὕλης ψυχῆς αἴρωμεν, καὶ αὐτὸς τὰ περι-
στοιχίζαντα ἡμᾶς κακὰ λύσει, καὶ πάντα τὰ καθ'
ἡμῶν διασκεδάσει τῶν Βαρβάρων βουλευόμενα. » Τού-
τοις θαρσύνσας τοῖς λόγοις ὁ ἐν τῇ πόλει λαὸς, ἔμνον
C πάντες τῇ πίστει νευρούμενοι, τῇ εἰς τὴν ἄχραντον
Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς εὐδοκήσαντα διὰ φιλοαν-
θρωπίαν τεχθῆναι Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν· καὶ προσ-
δεχόμενοι τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπ' αὐτοὺς, ἐκαρτέ-
ρουν τῇ ἐλπίδι, οὐ μετὰ μικρὸν καὶ ἠξιώθησαν, καὶ
τῆς ἐλπίδος κενοὶ οὐκ ἐξέπεσον.

Ὁ δὲ παρὰ βασιλέως εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως
καταλειφθεὶς Βῶνος ὄνομα, ὅσα δυνατὸν ἦν ἀντιμη-
χανᾶσθαι, πάντα πράττων καὶ ποιῶν, οὐκ ἠμέλει.
Βούλεται γὰρ ὁ Θεὸς ἡμᾶς, μὴ ἀργούς καὶ ἀπράκτους
καθῆσθαι· ἀλλὰ τι καὶ ἐνεργεῖν· καὶ ἐπινοεῖσθαι
μὲν τινα καὶ ἀφ' ἡμῶν, ἐπ' αὐτὸν δὲ πάντα ἔχειν
σωτηρίας τὴν προσδοκίαν. Οὕτω καὶ τῷ Ἰησοῦ τῷ
παιῶι Ναυῆ, ἐνέδρας ποιῆσαι κατὰ τῆς Γαὶ ἐνοτεί-
λατο, καὶ τὸν Γεδειὸν κατὰ τῶν Μαδιθηαίων ὑδρίας,
D καὶ λαμπάσι ἐξώπλισεν. Ἄλλ' ὁ μὲν Βῶνος, τείχη
ὠχύρου, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολεμικὴν χρεῖαν ἐξήρ-
τους· Σέργιος δὲ ὁ ἱεράρχης, τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς
Θεομήτορος, αἷς μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξεικο-
νισθεὶς, ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐνεφέρετο, ταυτὰς
λαβὼν, περιφεῖ τὰ τείχη· τῇ μὲν πόλει ἀσφάλειαν
ἐκ τούτου περιποιούμενος· τοῖς δὲ Βαρβάροις καὶ
πολεμίοις πτόησεν, καὶ ὄλεθρον, καὶ φυγὴν· ἃ πάντα
μικρὸν ὕστερον ἐπελήθοντα αὐτοῖς, ἀφανισμῷ ἅπαντας
δέδωκε παντελεῖ.

Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα στρατοπεδευσάμενοι Πέρ-
σαι, ἤρξαντο πυρπολεῖν τὰ περὶ τῆς Χαλκηδόνης

¹ Josue viii, 1. ² Judic. vii, 16.

καὶ γειτνιαζόντα, καὶ τὰλλα πάντα ποιεῖν, ὅσα τοῖς A
 πολλοῖς προθεμένοις ἐργάζεσθαι σύνηθες· ὡσαύ-
 τως δὲ καὶ οἱ Σκυθαὶ καὶ Βάρβαροι, τὰ παραπλήσια
 τοῖς Πέρσαις ποιοῦντες ἐφαίνοντο. Λαβὼν πάλιν ὁ
 Πατριάρχης τὸν ἀχειροποιήτον τύπον τοῦ Κυρίου
 καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τῆς
 Παναγίου τιμίαν ἐσθῆτα· ἔτι τε τὰ ζωοποιὰ ξύλα,
 διὰ τῶν τοιχῶν περιήρχετο· καὶ μετὰ δακρύων τὸ,
 Ἐξεγέρθητι, Κύριε, ἔλεγεν προσευχόμενος, καὶ
 διασκορπισθήσονται οἱ ἐχθροὶ σου· καὶ ἐκλεί-
 ψουσιν ὡς καπνὸς, καὶ τὰκίθονται ὡς κηρὸς ἀπὸ
 προσώπου πυρός.

Οὕτω τρεῖς ἡμέραι διήλθον τῆς γενομένης πυρ-
 πολήσεως, καὶ προσέβαλε πανοτρατιὰ τῆ πόλει, ὁ
 τῶν Σκυθῶν ἀρχηγός· τοσαύτη δὲ ἦν ἡ φάλαγξ τῶν
 πολεμίων, εἰς τε πλῆθος ἀναρίθμητον συντεταμένη, καὶ B
 ὀπλων περιβολαῖς κατῆραλισμένος, ὡς, ἵνα τὸ πᾶν
 ἐξ ὀλίγου δηλώσω, δέκα Σκύθας πρὸς ἓνα Ῥωμαῖον
 συβρῆγγυσθαι. Ἄλλ' ὁμοίως ἡ ἀρχιστράτηγος, καὶ
 προπολεμοῦσα τῶν Χριστιανῶν ἀχραντος Δέσποινα,
 ἡ ταχίστη τῶν ἐπικαλουμένων ἐπίκουρος διὰ τῶν
 λαχόντων στρατιωτῶν τὸν ἐν τῇ πηγῇ, πολλοὺς τῶν
 ἐκστρατευσαμένων Σκυθῶν ἀνελοῦσα, οὐ μόνον τοῦ
 Σκυθάρχου τὸ ὄρασος κατέβαλε τῇ τοιοῦτῃ στρα-
 τηγῆματι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης συμβαίνειν
 αὐτοῖς παντολοῦς ἀπωλείας, ὀλίγῳ ὕστερον, ὅσον
 ἀβράβδονά τινα τὸ γεγονός ἐχειν αὐτὸν, τέως ἐποίη-
 σε· ἐκ τούτου γὰρ μέγα φρονήσαντες οἱ Ῥω-
 μαῖοι, καὶ θάρρους ἐπιπλησθέντες πολλοῦ, συμπλο-
 κῆς καθ' ἐκάστην σχεδὸν ἐποιούντο πρὸς αὐτούς,
 ἔχοντες ὑπερμαχοῦσαν μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, C
 καὶ βρωμαλεωτέρους ἀποδεικνύουσαν· τὰ δὲ τῶν

A cœperant igni vastare, omniaque alia iis consue-
 ta facere, quibus constitutum est, ut urbem aliquam
 expugnent; ac similiter Barbari, et Scythæ eadem
 et ipsi, atque Persæ facere volebantur: accipiens
 iterum patriarcha Domini ac Salvatoris nostri Jesu
 Christi imaginem non manufactam (1), ac vestem
 pretiosam sacratissimæ Mariæ, necnon etiam vivifica
 ligna, urbis muros circuibat, ac cum lacrymis ora-
 bat dicens: *Exsurge, Domine, et dissipabuntur ini-
 mici tui: et sicut fumus deficient, et fluent sicut cera
 a facie ignis* 3.

Vix dum tertius dies ab ea populatione transierat,
 cum Scytharum dux exercitum omnem urbi admo-
 vel. Tantæ porro erant hostium copiæ, cum et nu-
 mero pene innumerabili, tum etiam armorum muni-
 tionibus apprime instructo milite; ut quo rem
 universam ex paucis declarem, decem Scythæ cum
 uno Romano conflicturi essent. Nilominus tamen
 Christianorum exercitus præses ipsa, ac propugna-
 trix intemerata Deipara, illa eorum, qui invocant,
 celerrima adjutrix, plures excurrentium Scytharum
 ad divinum ipsius templum, quod in Fonte (2) vocant,
 per levioris armaturæ milites necans, nedum eo
 stratagemate Scytharum ducis audaciam repressit,
 sed et ut etiam quod acciderat, velut arrhabonem
 ac præcludium futuri postmodum omnimodi eorum
 interitus haberet, interim effecit. Exinde enim Ro-
 mani animos assumentes, multaque fiducia aucti,
 manus in dies cum hoste conserebant, pugnante
 pro eis, ac auxiliante Deipara, robustioresque effi-
 ciente, necnon confundente Scytharum machina-

3 Psal. lxxvii, 4, 2.

(1) *Imaginem non manufactam.* Existimat Gretserus, c. 15, *De imaginibus non manufactis*, non fuisse hanc Salvatoris imaginem, quam Sergius gestaret archetypam ἀχειροποιήτον, Heraclio in expeditione habente ejusmodi imaginem archetypam, illam nimirum Camulianensem, quæ sola non manufacta tunc temporis erat in urbe regia. Verum ut demus unam duntaxat fuisse hujusmodi imaginem, nihil est, quo probet, unam potius, quam alteram fuisse archetypam; ac sit conjectura potius vere archetypam relictam urbi præsidio, ubi et ipsa tutior videretur: vel certe ut ex monumentis loquamur, dato asportasse Heraclium imaginem non manufactam archetypam, sibi et exercitui futuram præsidio, relictam sit Sergio ei similis, divinitusque expressa ex illa sub Tiberio imperatore, cum mulier quædam patricia in ægitudine impetrasset deferri in domum suam ad aliquot dies, non manufactam primam imaginem; qua de re Menæa, ubi etiam legimus, Sergium accepisse sic expressam imaginem a cœnobio, cui patricia legaverat, ac retinuisse, donec divinis terroribus coactus est restituere. Quod subditur de lignis vivificis, oportet intelligi de portione aliqua ligni crucis, quales ab ea Hierosolymis avellebantur, antequam a Persis tolleretur, non de cruce ipsa, quam Heraclius nondum receperat ex Perside. Deiparæ vestis videtur e Blachernis sublata sub hos timores, eo modo, quo narrat auctor tractatus in ejus depositionem, quando etiam intercesserunt illa pacis colloquia, quæ idem auctor indicat, de quibus illic ex Zonara.

Erat illa circumgestatio humili pietate, cum satisfactio pro injuriosa tractatione, tum supplicatio pro auxilio.

(2). *Quod in fonte vocatur.* Effusior est Nicephorus in laudando hoc templo lib. xv, c. 25, quod ait a Leone Magno, stadio ab urbe, ad alteram partem urbis, ad auream ejus portam, ceu alterum a Blachernarum templo urbis propugnaculum, regia magnificentia exstructum. Illic ergo Constantinopolitani habentes præsidium, feliciter velitando Dei genitricis auxilio, vincere didicerunt. Ut autem magnum ad victoriam, ac liberationem civitatis, præcipuumque momentum divina protectio Mariæ intercessionibus contulerit, ac ita merito Græci agnoverint, recolentes beneficium annua hac celebritate τῆς ἀκαθίστου. Haud tamen videtur res confecta iis prodigiis, quæ ponunt aliqui, ac aliis mediis quam humanis, ac iis proximis, ut ex Nicephoro, ac Zonara solidiori veritate scribentibus, potest colligi. Quamobrem signum puto, quod Cedrenus narrat, et ex eo Baronius anno 625, de muliere visa egredi e Blachernarum porta, quam Barbari putaverint uxorem Heraclii, ad ipsum egredientem, etc., qua disparente in mutuas cædes sint conversi, etc. Prudens itaque Heraclius urbe discedens ad expeditionem, non destituit forti milite, in quo licet paucis eam Deus Barbarorum nubem dispulit, excepta tempestate, qua plures absorptos, ac fere eorum perisse reliquias, auctorum est consensus.

menta, eorumque virtutem, ac peritiam bellicam A
desudente.

His ita habentibus, communi patriarchæ, popu-
lique consilio, destinantur quidam ex urbe cum
muneribus, qui et pacifice Scythas alloquerentur,
eosque ad pacis fœdera provocarent. Enimvero non
tam homo ille quam bellua, nedum pacis illa monita
non suscepit, verum etiam acceptis muneribus,
quæ inferebantur, re infecta legatos remisit, hæc
ad eos tantum adjiciens : « Ne decipiāmini in Deo,
cui creditis; prorsus enim in crastinum vestram
espiam, ac desolabo civitatem: Quadam nihilominus
pietate liberum facio, ut nudi exeuntes quo vultis
abeatis. Cæterum abite, nihil a me amplioris exspe-
ctaturū clementiæ. »

His cives auditis ab iis, qui legatione functi sunt,
gementes ex imo pectore, manus in cœlum tetende-
runt, imbreque lacrymarum offusi : « Protector, in-
quiebant, Domine, qui universis superbis resistis;
cujus est incomparabilis potentia, et dominatio inso-
lubilis : audi verba barbari illius, quæ misit impro-
perans tibi omnium Domino, et libera urbem hæ-
reditatis tuæ, ac populum, qui a te nomen habet;
ne quando dicant, *Ubi est Deus eorum?* » Atque
hæc quidem populus, Deus autem Persarum tran-
situm ad Chaganum prohibuit, quem meditabantur,
multis eorum cæsis (3), quos subsidio mittebant.
Porro non cessarunt, biduo toto vel triduo, velita-
tionibus, ac paucorum per loca præliis pugnare.
Hoc autem canis ille consilio moliebatur, ut terra
quidem machinas admoveret diruendis muris, ac
urbī expugnandæ : mari autem, Scytharum aptaret
lembos, quos habebat innumerabiles, ut uno tem-
pore, ac eadem hora, terra simul, ac mari, pugna
civitati ingrueret.

Tanto igitur instructo belli apparatu, accipiens
quidquid equitum lectius erat, venit ad partes Ponti,
quibus navigabatur, seque ipsum Persarum exer-
citu ostendit; illeque vicissim eadem fecit. Dicam
melius : Alter quidem ex Asia, ex Europa alter, ve-
luti feræ bestiæ rugiunt adversus civitatem, prom-
ptam sibi prædam sperantes fore. Verum quis lo-
quatur Dei tunc exhibita mirabilia? Quis vero Vir-
ginis in nos impensiolem clementiam ac miseri-
cordiam possit enarrare? Nam ubi Chaganus sinus
Ceratos lintribus, ac milite implevisset, ita moliens,
ut per eos quidem, qui in terra pugnabant, muros
civitatis dejiceret; per eos autem qui in sinibus
Ceratos navalem pugnam erant inituri, facile in

Σκυθῶν συγγέουσαν μηχανήματα, καὶ τὴν δύναμιν
αὐτῶν σφάλουσαν, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἐν πο-
λέμοις.

Ἐπὶ τούτοις, κοινῇ γνώμῃ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ
λαοῦ, πέμπονται τινες ἐκ τῆς πόλεως μετὰ δώρων ·
εἰρηνικά τε λαλῆσαι τοῖς Σκύθαις, καὶ πρὸς εἰρή-
νην αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι · ἀλλ' ὁ θῆρ μᾶλλον ἢ ἄν-
θρωπος, οὐ μόνον οὐ δέχεται τὴν εἰρηνικὴν πρόσ-
κλησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα δῶρα λαβὼν, ἀπρά-
κτους ἀποπέμπει, τοῦτο μόνον αὐτοῖς ἐπειπὼν ·
« Μὴ ἀπατάσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὃ πιστεύετε · πάντως
γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν λήψομαι, καὶ ταύτην
ἐρημον θήσω · χάριν δὲ συμπαθείας, ἀδείας δίδωμι
γυμνοὺς ἐξελθόντας, ἔπου βούλεσθε ἀπελθεῖν · τὸ λοι-
πὸν, πορεύεσθε, ἕτερον φιλόνητον παρ' ἐμοῦ μη-
δὲν ἀναμένοντες. »

Ταῦτα παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀκούσαντες, στενά-
ξαντες ἀπὸ μέσης καρδίας, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας
ἀνέτειναν, καὶ δάκρυσι πολλοῖς ἐπικλυζόμενοι,
« Ὑπερασπιστὰ, ἔλεγον, Κύριε, ὁ πᾶσι τοῖς ὑπερ-
ηφάνοις ἀντιτασσόμενος, οὗ τὸ κράτος ἀνείκαστον,
καὶ ἡ δεσποτεία ἀκατάλυτος · ἄκουσον τοὺς λόγους
τοῦ βαρβάρου, οὗς ἀπέστειλεν ὀνειδιζων σε τὸν πάν-
των δεσπόζοντα, καὶ ῥῦσαι πόλιν κληρονομίας σου,
καὶ λαὸν, σὺ κεκλημένον ὀνόματι · μήποτε εἴπωσι ·
Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ
λαὸς · Θεὸς δὲ, τὴν Περσῶν πρὸς τὸν Χαγάνον διά-
θασιν, ἣν ἐμελέτησαν, ἀπεχώλυσε πατάξας οὐκ ὀλί-
γους, ὧν περὶ ἀλλήλους ἀπέστειλλον · δύο δὲ καὶ
τρεῖς ἡμέρας ἀκροβολισμοῖς καὶ τοπικοῖς
ἐφόδοις τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἐπαύσαντο · ἔργον δὲ ἦν
ἐκ μελέτης ἐτοιμαζόμενον τῷ κυνί, κατὰ μὲν γῆν,
μηχανὰς τειχομαχικὰς παραστήσαι καὶ ἐλεπόλεις ·
κατὰ θάλασσαν δὲ, τὰ παρὰ Σκύθαις ἐξαρτύσαι μονό-
ξυλα ὑπὲρ ἀριθμῶν ὑπάρχοντα · ὥστε καθ' ἓνα και-
ρὸν καὶ μίαν ἡμέραν, κροτῆσαι κατὰ τῆς πόλεως
πόλεμον, ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐξήρτυε πόλεμον, λαβὼν
ὄσον εἶχεν ἐν ἱππεῦσιν ἐπίλεκτον, ἐν τοῖς ἀναπλο-
μένοις τοῦ Πόντου γέγονε μέρεσι, τῷ Περσικῷ
στρατῷ ἐπιδεικνύμενος · κάκεινος δὲ τὰ ὅμοια ἐπραττε-
μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἐξ Ἀσίας, ὁ δὲ ἐξ Εὐρώπης, καθ-
ἀπερ θῆρες ἄγριοι ὠρύοντο κατὰ τῆς πόλεως, ἐτοι-
μον ταύτην ἔχειν νομίζοντες θήραμα · ἀλλὰ τίς λα-
λήσει τοῦ Θεοῦ τὰ τότε θαυμάσια; τίς δὲ τῆς Παρ-
θένου τὴν εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγγίαν διηγῆσασθαι ἐξ-
ισχύσει; Ὡς γὰρ ὁ Χαγάνος τοὺς τοῦ Κέρατος κόλ-
πους ἐπλήρωσε μονοξύλων, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ὀπλίταις
ἐπειράτο, διὰ μὲν τῶν πολεμούντων εἰς γῆν, τὰ τεῖχη
καταθαλεῖν τῆς πόλεως · διὰ δὲ τῶν ναυμαχούντων
ἐν ταῖς κόλποις τοῦ Κέρατος, εὐχερῆ τὴν κατ' αὐτῆς

(3) *Multis eorum cæsis quos, etc.* Intercipiente, ac excurrente Romano fortissimo milite, ut ex Zonara colligi potest. Etiam S. Nicephorus maximam Sclavorum stragem factam narrat, ubi hostium stragem detectam fuisset, immittente Bono patricio in incantos, ac velut suis subsidio venientes, ut erat conventum ad signum sublatis ignis e Blacher-

narum munitione, medio ipso itinere expeditissimam Romanam classem : quam hostium classem ista forte indicent; postquam secuta sit illa hostium irruptio ad muros hic narrata, quam Romani immensa caede eorum depulerunt, depugnante pro eis mari interim, immissa tempestate in hostium classem, Deipara Virgine.

ἔχειν ἐπίθασιν· πάντοθεν αὐτοῦ ὁ θεὸς καὶ Δέσποινα Ἀ Παρθένος, ἀπρόκτους καὶ κενὰς τὰς ἐλπίδας ἀπέδειξαν· τοσοῦτον γὰρ πλῆθος καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ τείχους τὸ Ῥωμαϊκὸν στρατεύμα, τῶν πολεμίων ἀνεΐλεν, ὡς μηκέτι τοὺς ζῶντας, δύνασθαι κατακαίειν τοὺς θνήσκοντας· καὶ τοῦτο μὲν γέγονε διὰ τῶν ἀπὸ γῆς πολεμούντων· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης προσιόντων πολεμίων, αὐτανδρὰ τὰ μονόξυλα πρὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις θείου ναοῦ ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα ἐθύθισεν, ἀθρόως ἐξαΐσιον καὶ βίαιον καταγίδα κατ' αὐτῶν ἐγείρασα πνεύματος.

Ὡς γὰρ πλησίον ἐγένοντο τοῦ θείου ταύτης οἴκου, σφόδρα ὑψωθείσα ἡ θάλασσα, καὶ διαιρεθεῖσα θείῳ πνεύματι εἰς διαιρέσεις, πάντα ἄρδην κατεπόντισε καὶ κατέδυσεν ἅμα αὐτοῖς μονόξυλοις. Καὶ ἦν ἰδεῖν **B** θηνικαῦτα μέγιστον καὶ ἄφραστον τέραςτιον· ἴσα καὶ ὄρεσι κύματα ποιοῦσαν, καὶ τρόπον ἀγρίου θηρὸς ἐξογκουμένην, καὶ μαινομένην, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς Θεομήτορος ἀποτόμως ἐπιπηδῶσαν, καὶ ἀνηλεῶς κατεσθίουσαν· ὡσπερ ποτὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πεποίηκε, καταδιώκοντας τὸν πάλαι Ἰσραήλ, τρόπον καινῷ πεζεύοντα δι' αὐτῆς· οὕτω ἡ προπολεμοῦσα τῆς ἰδίας πόλεως ἡ Θεοτόκος καὶ προασπίζουσα, τὴ παράδοξον ἀναιμακτὴν τρόπον ἔστησε τρόπον τοιούτῳ καὶ στρατηγήματι, τοὺς μὲν κατὰ τῆς οἰκείας κληρονομίας πόλεμον ἀκήρυκτον καταγαγόντας, καὶ ὄπλα ἐπ' αὐτὴν ἄρζαντας, ἄρδην ποντώσασα, καὶ ἔργων θαλαττίων ρευμάτων ἀποφύνασα· τὸν δὲ τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας ἐν ταύτῃ καὶ μόνη σαλεύοντα **C** κλῆρον ἐκ τῶν προσπεσόντων δεινῶν ἀπαθῆ πάντῃ διαφυλάξασα.

Τότε δὲ τότε, καὶ αὐτὸς ὁ τούτων ἐξαρχὸς αὐτόπτης γενόμενος τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τοῦ ἰδίου στρατεύματος, αὐτοῦ που σὺν ὀπλίταις ἱππεῦσιν ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἰστάμενος, χερσὶ τὸ στήθος καὶ τὸ πρόσωπον ἔτυπεν· οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀνταγωνισάμενοι, ἐπεὶ ἔμαθον τὸν ἐν τῇ θαλάσῃ γενόμενον Βαρβάρους ὄλεθρον, εὐθέως θεῖα δυνάμει ῥωσθέντες, καὶ τῇ τῆς Παρθένου ἰσχυρῶ φραξάμενοι, τὰς πύλας τῶν τειχῶν ἀνεπέτασαν, καὶ σὺν βοῇ καὶ ἀλαλαγμῶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπεξέδραμον· τοσαύτη δὲ περιέσχε χαρὰ καὶ δύναμις τὸ ἡμέτερον, τοὺς δὲ Βαρβάρους δειλία, ὡς καὶ παῖδας καὶ **D** γυναῖκα κατ' ἐκείνων ὑρμήσαντας, εἰς αὐτὸ παραγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν τὸ στρατόπεδον. Τότε ἦν ὁρᾶν, "Ἐνὰ χιλίους διώκοντα· καὶ δύο, μυριάδας μετακινοῦντα. Τοιαύτη ἡ πάναγνος καὶ Παρθένος· τοιαύτη ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα· ἰσχύον τοῖς ἀνισχύροις, καὶ δυνάμιν τοῖς ἀδυνάτοις, δεδώρηται. Ὡς δὴ ὁ ἥλιος ἔδυ, καὶ νύξ κατέλαθε, τὰς πολιορκητικὰς μηχανὰς, ὡσπερ ἐφ' ἀμαξῶν ἐκόμισαν οἱ Βάρβαροι, πάσας τῷ πυρὶ παραδεδώκασιν· καὶ χάρις τῇ Θεοτόκῃ παρεσκευασαμένη γενέσθαι τῶν ἰδίων πόνων καὶ μηχανῶν αὐτουργούς αὐτοὺς καὶ ἐμπρηστάς. Ὁ δὲ ἱεράρχης, καὶ ὁ λοιπὸς λαὸς τὰς χεῖρας διαπετά-

urbem invaderet, eique applicaret, unde quaque Deus, ac Deipara Virgo infectas ejus ac vacuas expectationes fecerunt. Tantam enim multitudinem hostium ab utraque muri parte interfecit Romanus miles, ut qui erant superstites, minime jam defunctorum cadaveribus concremandis sufficerent. Et hoc quidem eorum facinus, qui terra pugnabant. Eos autem hostium, qui mari adoriebantur, una cum lintribus e regione divini Blachernarum templi Deipara Virgo ac Domina submersit, immanem subito, ac violentam in eos vehementioris flatus excitans tempestatem.

Cum enim propiores huic divinæ ædi accessissent, multo tumore elatum mare, flatuque a Deo immisso divisum in divisiones, omnes funditus cum actuariis ipsorum lembis submersit absorpsitque. Erat hic videre maximum quoddam ac ineffabile prodigium, ut et fluctus montium instar attolleret, atque in modum feræ bestiæ intumesceret, fureretque, atque in hostes Dei genitricis præceps irrueret, ac crudeliter devoraret : uti olim devoravit absorpsitque Ægyptios persequentes antiquum Israel, cum ille nova quadam ratione pedibus iter per ipsam ageret. Sic Virgo Deipara, suæ propugnatrix civitatis, atque tutrix mirabile tropæum hoc invento, et stratagemate ineruentum crexit : eos quidem, qui adversus suam ipsius hereditatem implacabile bellum gererent, ac arma in ipsam tulissent, omnino submergens, ac marinis fluctibus agendos tradens : ipsam autem suam sortem, quæ in ipsa, eaque sola spem posuisset, fluctuantem ab immanibus malis, quæ invasissent, penitus servans incolumem.

Ac tum quidem ipse etiam horum præfectus exercitus sui cladem tantam oculis spectans, sublimi quodam loco cum equestribus copiis constitutus, pectus, vultumque manu percutiebat. Illi autem, qui intra muros adversus hostes certamen habuerant, ut cladem didicerunt, quam Barbari in mari acceperant, divina protinus virtute roborati, Virginisque freti potentia, aperuerunt civitatis portas, sublatoque clamore, et ululatu, impressionem in hostes fecerunt. Tanta porro vis gaudii, tantaque virtus nostros habuit, Barbaros autem tantus pavor, ut etiam pueri, et mulieres in eos irruentes, in ipsa hostium castra penetraverint. Tunc utique videre erat ut *Unus persequeretur mille, duoque fugerent decem millia* *. Talis est intemerata illa, ac Virgo : talis Deipara, et Domina : potentia impotentibus, et virtute destitutos virtute donavit. Cæterum cum sole occidente nox advenisset, machinas expugnandæ urbi comparatas, quas Barbari in curribus advexerant, omnes igni tradiderunt : ac plane gratias Deiparæ, quæ effecerit, ut iidem ipsi suorum laborum ac machinarum incensores essent, qui fuissent auctores. Patriarcha autem, ac reliquus populus, manibus in cælum expansis, gratias

* Exod. XIV.

rum actionis cantica, in lacrymas effusi, in hæc verba panxere : *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine : dextera tua, Domine, percussit inimicum et in multitudine glorie tuæ contrivisti inimicos*^{a. 6.}

Sic autem insipiens Chaganus, qui innumerabili multitudine expeditionem fecisset, confusus reversus est : simili quoque ratione, qui ducebat Persarum exercitum, manum ori imponens, ac vultum operiens, paucos secumve tot millibus ducens, cum pudore in suam venit regionem. In hunc modum divinæ œconomiae ac bonitatis ministra, illa sanctissima, ac prorsus immaculata Dei genitrix, potens illa Christianorum defensio, suæ in nos defensionis potentiam ostendit : sic magna nos ac mirabili salute impertivit, in cujus beneficii memoriam, præsentem quotannis collectam totius populi conventu solemnem agimus, noctemque totam celebrem habentes, eidem pro gratiarum actione offerimus canticorum laudem. Atque hæc habetenus.

Verum ubi jam anni sex supra triginta (4) abhinc effluxissent, Constantino Pogonato regente imperium, iterum Agarenorum examen ingenti Constantinopolim classe petiit, statimque impulsus sunt ad portum Hebdomi (5) : quotidie vero committebant navalia prælia, a vere ad autumnum ; tumque hieme adveniente transfretabant, ac Cyzici hiemabant : iterum ineunte vere inde reducta classe, simili modo navibus prælia inibant. Cum itaque bellum in annos septem protractum fuisset, ac classis Saracenorum naves plurimas, multosque nec facile numerabiles, atque in illis bellatores viros ac strenuos amisisset : ad hæc vero multa jactura necessarii comعات fuisset, ipsa quoque inanis ad sua reversa est ; cumque ad Sylæi venisset partes (6), ventorum vehementi turbine jactata, per justam Dei iram penitus deleta est. Ita diversis temporibus hanc a Deo conservatam urbem miseri illi adorientes, furoris sui impetum expleturi, re infecta, ac confusione pleni coacti sunt redire.

Rursus tamen, quod eorum dominatio undequaque in majus provecta esset, atque ab ortu ad occasum aucta, ac multitudine diffusa ; primum quidem ceperunt Persarum regnum, deinde Ægyptum, et Africam, jurata Christianis fide, ut ne eos inculpa-

^a Exod. xv, 6.

(4) *Ubi jam anni triginta sex.* Incidit tempus hoc in Pogonati annos, quibus vivo adhuc patre imperavit, a quibus etiam vi synodus ejus imperii annos numeravit : qua de re satis ad Acta ejus synodi.

(5) *Ad portum Hebdomi.* Τῆ παραλίῳ τοῦ Ἑβδόμου, Marcell. comes, et *Hist. Miscell.* vocant Septimum. Erat suburbium Constantinopolitanum septem miliaribus ab urbe Constantinopoli.

(6) *Ad Sylæi venisset partes.* Ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου. Sic etiam S. Nicephorus, πρὸς τοὺς πειλάζουσι τοῦ Συλαίου γενόμενοι : ubi non bene inter-

σαντες εἰς τὸν ὄργανον, σὺν δάκρυσιν χαριστήρια ἦδον, καὶ ἔλεγον· Ἡ δεξιὰ σου, Κύριε, δεδόξαται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιὰ σου χεῖρ, Κύριε, ἐθρυνσεν ἐχθρούς· καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίλους.

Καὶ οὕτω μὲν ὁ παράφρων Χαγάνος πλήθει δυσ- αριθμήτῳ ἐπιστρατεύσας μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψεν· ὁμοίως καὶ τὸ Περσικὸν στράτευμα ὁ ἐπαγών, χεῖρα ἐπὶ στόματι θεῖς, καὶ τὸ πρόσωπον καλυψάμενος, ἀπὸ τῶν τοσούτων χιλιάδων, εὐαριθμήτους συνεπαγόμενος, μετ' αἰσχύνης τὴν ἰδίαν χώραν συνέβαλεν· οὕτως ἡ τῆς θείας οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος ὑπουργός, ἡ παναγία καὶ ὑπεράμωμος Θεοτόκος, ἡ τῶν Χριστιανῶν κραταιὰ ἀντίληψις, τῆς περὶ ἡμᾶς ἀντιλήψεως τὴν ἰσχὺν ἐπέδειξετο· οὕτω μεγάλην ἡμῖν καὶ παράδοξον τὴν σωτηρίαν κεχάρισται, ἥστινος εὐεργεσίας εἰς ἀνάμνησιν, τὴν παρούσαν ἐτησίως πανδημεὶ σύναξιν ποιούμεν, καὶ παννύχιον ἄγομεν ἑορτὴν, εὐχαριστηρίους ᾠδὰς αὐτῇ προσφέροντες· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

Μετὰ παραδρομὴν δὲ χρόνων τριάκοντα καὶ ἕξ, τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πρωγωνάτου, πάλιν κατελάβετο τῶν Ἀγαρηνῶν σμήνος ἐν στόλῳ μεγάλῳ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, καὶ παραυτίκα προσώρμισαν τῇ παραλίῳ τοῦ Ἑβδόμου· ὑφ' ὧν ναυμαχίαι καθ' ἐκάστην ἐγίνοντο, ἀπὸ ἑαρινῶν καιροῦ μέχρι φθινοπωρινῶν· χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, περαιούμενος ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος ἐχειμαζον ἐν Κυζίκῳ· καὶ πάλιν ἀρχομένου ἔαρος ἐκεῖθεν ἀναγόμενος, ὁμοίως τοῦ διὰ θαλάσσης εἶχετο πόλεμος· ἐπτά οὖν ἔτεσι τοῦ πολέμου διαρκέσαντος, ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος πάμπολλα πλοῖα ἀποβαλῶν, καὶ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους, καὶ μαχίμους ἀνδρας, ἐτι τε πλείστην σκευὴν ὧν ἐπεφέρετο χρυσιῶδων, ὑπέστρεψε καὶ αὐτὸς διακενῆς εἰς τὰ ἴδια· καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου γενόμενος, ὑπὸ σφοδρῶν καὶ βαρβαίων ἀνέμων ἐπιπνευσάντων αὐτοῖς, κατὰ δικαίαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, ἄρδην ἀπώλετο. Οὕτω κατὰ διαφόρους καιροὺς τῆδε τῇ θεῷ φουλαττομένη πόλει προσβάλλοντες οἱ ἀλιτήριοι, τὰ τῆς μανιώδους ὀρμῆς αὐτῶν ἀποπληροῦντες, ἄπρακτοι καὶ αἰσχύνης πλήρεις ὑπέστρεφον.

Ἀλλὰ πάλιν, ἐπεὶ πάντοθεν αὐτοῖς ἡ δυναστεία ἤρθη πρὸς μέγεθος, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ηὔξθη, καὶ εἰς πλήθος ἐπέδωκε, πρότερον μὲν κατέλαβον τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν, εἴθ' οὕτως τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, διδόντες λόγον ταῖς Χριστια-

pres ad Sylæum mare propius accedunt, aliud ex alio reddens proprium nomen, adjectione illa litteræ. Zonaras, cum classis reliquæ jam ad Sylæum pervenissent, etc. Videtur Promontorium aliquod in Pamphylia, cujus Sylæus, ipsa eadem ac Penge, ut in jure Græco-Romano, metropolis erat : quoniam ipsa posita erat ad Mediterranea. Unde et subdit Zonaras : si qui evasissent ex hoc naufragio, eos Cybrotarum ducem delevisse ; nimirum in eadem Asia minori, ubi ponuntur duæ Cybire, altera major in Phrygia, minor altera in Cilicia.

νοῖς, ὡς οὐ βιάσονται αὐτοὺς παραθῆναι τὴν ἀμώ- A
μητον καὶ ὀρθόδοξον εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν πί-
στιν, ὅπερ οὐκ ἐφύλαξαν· ἀλλὰ πολλοὺς μάρτυρας
ἀπέδειξαν, διὰ τὸ μὴ πατηθῆναι ὑπ' αὐτῶν τὸ ση-
μεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ τιμίου· τοῦτο γὰρ πράττειν
τοὺς Χριστιανούς ἠνάγκαζον. Καὶ, ὡς ἔφην, πᾶσαν
τὴν γῆν ἐπῆλθον λεηλατοῦντες. Ἐπιδραμόντες δὲ
καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ τὰ Μαυρούσια ἕθνη,
Αἰθῶας τε καὶ Ἰσπανοὺς ἔσχατον πάντων, ἐπιστρά-
τευσαν καὶ κατὰ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως, βου-
λόμενοι ταύτην ἐλεῖν. Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος τοῦ
Ἰσαύρου, ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένου, προθε-
μένου δοῦναι αὐτοῖς τέλη, αὐτοὶ καὶ φύλακας ἐγκατα-
στήσαι τῇ πόλει κατεδιόζοντο· ἐθάρβουν γὰρ τῷ πλή-
θει τοῦ τε οἰκείου καὶ μισθοφόρου στρατοῦ, καὶ τῇ
ἐξευτρεπισθέντι ἀπείρῳ ναυμαχιστῷ στόλῳ, ὃς εἰς B
χίλια καὶ ὀκτακόσια πλοῖα πᾶς ἀπηρίθμητο, ὡς οἱ
τὰς χρονικὰς συντάξεις περιλοπονηκότες, ἀνέγρα-
ψαν.

Θέντες δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν πρὸ τοῦ ἕσπερος
οἱ πεπλανημένοι Χριστομάχοι· τέως μὲν οὐδεμίαν
προβολὴν τοῖς τεῖχεσι προσῆγον, διὰ τὸ σχολάζειν
ἐπὶ κτίσεις οἰκημάτων, ὡς οἶκον μένοντες· ἀφρη-
μένοι μὲν φρόνησιν καὶ λογισμῶν, τὸ δὲ ἀληθὲς ὑπὸ
Θεοῦ κωλυόμενοι ματαιώσαντες αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰ-
κείοις διαβουλίαις. Ὁ δὲ κατὰ τὴν πόλιν φιλόχριστος
λαὸς, διηνεκεῖς μετὰ δακρύων ποιούμενοι τὰς λιτὰς,
ὡς περ ἔθος αὐτοῖς ποιεῖν, καὶ ἐν εἰρηνικῇ κατα-
στάσει· τὸ τε πάνσεπτον ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ C
Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαθόντες,
καὶ τὴν ἁγίαν εἰκόνα τῆς παναγίου Παρθένου, περι-
ήεσαν τὸ τεῖχος, αἶνοντες ἐπὶ Θεὸν τὰς χεῖρας, καὶ
λέγοντες· Ἀνάστηθι, Κύριε, μὴ ἀπόση τὸν λαόν
σου εἰς τέλος· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροὶ σου ἤχησαν,
καὶ οἱ μισοῦντές σε ἤρυν κεφαλὴν· μὴ δῶς τὴν
κληρονομίαν σου εἰς ἕνεδος, τοῦ κατάρχει
ἡμῶν ἕθνη, μήποτε εἰπωσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς
αὐτῶν; Ἀλλὰ γνώτωσαν ὅτι ἐνομὰ σοι Κύριος
Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς.

Εἷς δὲ τις τῶν πολεμίων Ἀγαρηνοῦ, βλασφημίας
ῥήμασι Κωνσταντίαν καλῶν τὴν πόλιν, καὶ τὴν
ἐκκλησίαν φιλιῶ ὀνόματι Σοφίαν προσαγορεύων,
εἰς τι βάραθρον σὺν τῇ ἵππῳ αὐτοῦ καταπεσὼν, D
διεφθάρη· ἀλλὰ καὶ ὁ κῆρυξ αὐτῶν, ἐν ὑψηλῷ ξύλῳ
ἀνελθὼν, πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν μιανὰν αὐτῶν προσ-
ευχὴν, καὶ αὐτὸς ὁμοίως κατενεχθεὶς, βιαίως τὴν
ἄθεον ψυχὴν ἀπέβηξεν. Εἶτα κατὰ Βουλγάρων ἐκ-
στρατεύειν διαγνόντες δύο στρατηγοὶ γεγονότες, ὁ
μὲν πολιορκεῖν κατελείφθη τὴν πόλιν· ὁ δὲ, πρὸς
τοὺς Βουλγάρους πολεμήσων ἀπῆει· οἷς καὶ συμβα-
λόντες, ἠττώνται, καὶ πίπτουσιν ὑπὲρ δισμυρίους·
οἱ δὲ περιλειφθέντες τοῦ ὀλέθρου διασωθέντες, σὺν

(7) *Maurusios*. Μαυροῦ ποιοί, inquit Ortelius, *quæ-*
dam gens Phœnica in Africa, circa Tripolim, et Syr-
tim Magnam, qui hodie Pucati dicuntur. Habent Zo-
narus, Cedrenus et alii eadem fere a Saracenis,

iam, rectamque in Christum Deum nostrum fidem
prævaricari cogent, quam tamen nihil servave-
runt: imò plures affecerunt martyrio, quod pretiosæ
crucis signum sprevisset pedibus conculcare; ad
hoc quippe Christianos cogebant. At, ut dicebam,
terram omnem depopulantes pervaserunt. Cum au-
tem Indos quoque, ac Æthiopes, necnon Mauru-
sios (7), Afros item, ac Hispanos incursassent, ad ex-
tremum, adversus hanc quoque regiam urbem castra
moverunt, quo eam caperent. Cæterum Leone
Isauro imperatore, constitutum habente, ut tributa
eis penderet, illi abunde etiam militem in urbe ad
præsidium cogebant recipere: freti nimirum multi-
tudo exercitus, tum proprii ipsorum, tum quem
sub mercede merentem habebant, classeque ad na-
valem pugnam expedita, tantaque navium multitu-
dine, ut pene infinita, ad mille ac octingenta navi-
gia, tota accenseretur, quemadmodum scripsere,
qui illorum temporum historiam annalesque texue-
runt.

Cum itaque erronei illi Christi hostes e regione
urbis milites collocassent, interim quidem nullam
in muros impressionem fecerunt, quod velut in
suis quippe Laribus versarentur, domibus exstruen-
dis vacarent: plane destituti prudentia et ra-
tione; vel ut dicam quod res habet, Deo impedi-
ente, ac in suis ipsorum consiliis stultos faciente. Qui
autem in civitate erat Christi amans populus, juges
cum lacrymis supplicationes faciens, velut solenne
habet rerum etiam tranquillo statu, venerabilissi-
mumque crucis Domini ac Salvatoris nostri Jesu
Christi lignum ferens, necnon castissimæ Virginis
sacram imaginem, murum circuibat, tollens ad
Deum manus dicensque: *Exsurge, Domine, ne re-*
pellas populum tuum in finem: quoniam ecce inimici
tui sonuerunt, et qui oderunt te extulerunt caput. Ne
des hæreditatem tuam in confusionem, ut gentes do-
minentur nostri: nequando dicant: Ubi est Deus eo-
rum? Sed cognoscant quia nomen tibi Dominus Je-
sus Christus in gloriam Dei Patris.

Porro autem, ut unus quis hostium Agareus
blasphemis vocibus *Constantiam* vocasset, ac Eccle-
siam nudo nomine appellasset *Sapientiam*, in quam-
dam præceps cum equo lapsus foveam interit. Sed
et eorum præco cum ascendisset in altam arborem,
ad eorum execerandam precatationem vocis præconio
efferendam, simili et ipse ratione cadens, violenta
morte impiam animam abruptit. Postmodum vero
eum creati duo exercitus duces in Bulgaros mo-
vere decrevisset, alter quidem relictus est, qui
expugnaret urbem; alter expeditionem contra Bul-
garos suscepit: cum quibus congressi vincuntur,
ac supra duo millia cadunt. Qui autem evase-

et in Saracenos gesta sub Leone Isauro, ejus fue-
runt initia, quam finis, auspiciosa. Fuit Umarus,
seviit contra fidem datam in Christianos.

runt necem, multo pudore affecti ad eos, a quibus discesserant, revertuntur. Cum autem reversi conarentur immissis navigiis in Blachernarum partem irrumperere, extensa catena a trajectus parte altera (8) ad adversam Galatæ partem, prohibiti sunt id præstare, quod decreverant.

Eo successu animum despondentes sese in angustum sinum receperunt, suaque navigia ad portum dictum Sosthenium, aliosque angustissimos appulerunt, ac pars major valida tempestate, et vento contrita est, quorum (navigiorum) majora Romani incenderunt. Ac quidem civitas ciborum penuria aretabatur; hostes vero eam obvia quæque nullo discrimine devastassent, nihilque ad necessarium commeatum sibi reliquissent, in eam annonæ penuriam redacti sunt, ut neque ab humanis carnibus, aut animalium ultro mortuorum cadaveribus abstinerent. Quin et postea, humana ipsa stercorea exiguo fermento subigentes, ac clibano excoquentes esitarunt: ut ideo multi inter illos viri illustres, ac fortes bellatores in urbem dilapsi sint. Ac Ægyptii quidem, persequentes Israellem, demersi sunt in profundum, sicut lapis: *Induxit enim Dominus super eos aquas maris, et ponto operuit eos*⁷. At Saracenis fugam a nobis abripientibus eadem acciderunt. Oborta siquidem procella, insolitaque, ac magni æstus in mari tempestate, tota pene millenaria illa classis periit. Cum enim pars maxima ad Ægeum mare navigasset, horrenda grando e cælo cecidit. Quemadmodum autem, si ignis ferro accedat, naturam frigidam in calorem solvit; sic sane et grandinei lapides marinis illisi undis, has fervefaciebant: eoque æstu dissoluta pice, qua hostium naves obductæ erant, insipientibus oculis, profundo mergebantur: ut tantum decem (9) incolumes eo naufragio superaverint. Eratque videre insulis omnibus, orisque, littoribus, ac promontoriis, eorum mortuos acervatim hinc inde congestos.

⁷ Exod. xv, 5.

(8) *A trajectus parte altera.* Ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τῶν Γαλάτου. Eodem sensu Synaxarium editum, ἀπὸ τῶν Γαλάτου ἕως τὰ τεῖχη· ut totus ipse clauderetur sinus. Non meminerunt hujus catenæ S. Nicephorus, nec Zonaras. Laonicus tamen lib. vii *Herum Turcicarum* vel eandem, vel similem describit: sic enim ait supremum urbis CPolitanæ obsidionem referens: Ἕλληνες μὲν οὖν, ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τὸν βασιλέα στόλον διὰ θαλάσσης, πέδας σιδηροῦς διατείνοντες, ἀπὸ τῆς κατ' ἀντικρὺ πόλεως, εἰς τὸ τεῖχος τοῦ Βυζαντίου, παρὰ τὴν ἀκρόπολιν καλουμένην· καὶ τὰς τε ναῦς, ὅσαι ἔτυχον παραγενόμεναι αὐτοῦ, αἱ μὲν μετὰ συμμαχιῶν, αἱ δὲ καὶ ἐμπορίας χάριν, φέροντες καθίστασαν εἰς τὰς πέδας· καὶ οὕτω διεννοοῦντο διακωλύειν τὸν βασιλέως στόλον, μὴ παριέναι εἰσω, εἰς τὸν Βυζαντίου λιμένα· διήκει γὰρ ἐντὸς ἐπὶ σταδίοις κατὰ μὲν τὴν πόλιν ὀγδοήκοντα, ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἡπειρον τῆς χώρας, ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. *Græci ubi intellexerent adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe, quæ ex adverso erat, nempe Pera sive Galata, extenderunt in Byzantiū portum juxta*

αἰσχύνῃ πολλῇ πρὸς τοὺς, ἀφ' ἧν διηρέθησαν, ἐπ' ἀνέτρεφον, πειρώμενοι δὲ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν διὰ τῶν ἐπαγομένων πλοίων ἐπὶ τὸ ἐν Βλαχέρναις μέρος ἐλθεῖν, τῇ ἐκταθείσῃ ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τῶν Γαλάτου ἀλύσαι κωλυθέντες, οὐκ ἴσχυον ποιῆσαι ὑπερ προέθεντο.

Ἀνακλασθέντες δὲ, ἀνῆλθον εἰς τὸ στενόν· καὶ ὄρμησαν τὰ πλοῖα αὐτῶν εἰς τὸ λεγόμενον Σωσθένιον, καὶ εἰς ἐτέρους βραχυτάτους λιμένας, ὧν τὰ πλείω, ὑπὸ χειμῶνος σφοδροῦ καὶ πνεύματος συνεθλάσθησαν, ἐξ ἧν τὰ μείζονα οἱ Ῥωμαῖοι πυρπολοῦσι· καὶ ἡ μὲν πόλις ἐστενοχωρεῖτο τροφᾶς μὴ ἔχουσα, αὐτοὶ δὲ πάντα ἀφειδῶς τὰ προστυγχάνοντα ἀφανίσαντες, καὶ μηδὲν εἰς ἀποτροφὴν ἑαυτῶν καταλελοιπότες, εἰς τοσαύτην περιέπεσον ἀπορίαν λιμοῦ, ὡς σαρκῶν ἀνθρωπίνων καὶ ζώων τεθνηκότων ἀπογεύσασθαι· ὕστερον δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην κόπρον μετὰ βραχυτάτου φυράματος προσμάττοντες, καὶ ἐξοπτῶντες κλιδάνη, ἡσθιον, ὥστε ἐκ τούτου, πολλοὺς τῶν ὀνομαστῶν αὐτῶν καὶ μαχητῶν, τῇ πόλει προσρυῆναι· καὶ Αἰγύπτιοι μὲν διώκοντες τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ ἄλλοις· ἐπήγαγε γὰρ ἐπ' αὐτοὺς Κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ πόντῳ ἐκάλυψε τὸ αὐτοῦς. Σαρακηνοὶ δὲ φεύγοντες ἀφ' ἡμῶν τὰ αὐτὰ τούτοις πεπόνθασιν· λαίλαπι γὰρ καὶ καταιγίδι ξενοφυεῖ τε καὶ βρασματώδει κατὰ θάλασσαν, σχεδὸν ἅπας ἐκεῖνος ὁ χιλιόναυς διόλωλε στόλος· κατὰ γὰρ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος τοῦ πλείστου στόλου καταπλέοντος, χάλαζα μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατηνέχθη βραγδαίως. Ὡσπερ δὲ σίδηρος τῷ πυρὶ προσομιλήσας ἀναθερμαίνει τὸ ψυχρὸν, οὕτω δὲ καὶ οἱ τῆς χαλάξης λίθοι τοῖς θαλαττίαις βεύμασιν ἐμπесόντες, ἀναθράσαι ταῦτα πεποιήκασιν, καὶ τῷ τοιοῦτῳ βρασμῷ διαλυθείσης τῆς ἐπικεχρωσμένης πίσης ταῖς ὀλκάσι τῶν πολεμίων, αὐθωρὸν τῷ βυθῷ κατεδύοντο, δέκα μόνον αὐτοῖς περισωθέντων πλοίων. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν πάσαις ταῖς νήσοις, ἀκταῖς τε καὶ προβόλοις λιμένων καὶ ὄρμων, σωρηδὸν τοὺς νεκροὺς αὐτῶν διεσπριμένους.

D arcem, quam vocant. Naves præterea, quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia, quaedam mercium appulerant, intra catenas sistunt, arbitantes ea se ratione exclusuros aditu regiam classem. ne intra portum veniret. Is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, inque continentem aliam sese porrigit stadiis centum et quinquaginta. Eadem fere Franzes lib. 3. c. 8. ut et Sabellicus in Hist. Venet. lib. VII, apud quem turris illa apud Laonicum nominata, Gallorum turris appellatur, ab eorum forte præsidio, dum urbe potirentur. Grande opus hujus catenæ, ut tamen tradente Deo nequiverit Turcas portu prohibere. De duabus catenis, quibus Xerxes Bosphorum revinxit haud procul Constantinopoli, egregie Gillius in suo Bosphoro, a quo etiam Constantinopolitani portus amplior notitia potest peti.

(9) *Ut tantum decem.* Ita quoque Zonaras, addens quinque ex illis, abunde captas a Romanis: ut alia tantum quinque superaverint cladis ad suos nuntia. Videri potest Nicephorus satis accurate ista describens in Leone.

Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα εἰς γενεὰν ἑτέραν, ψαλ-
μικῶς εἰπεῖν, διηγεῖσθωσαν, καὶ ἅπαν στόμα
Χριστιανῶν προσφωνεῖτω τῇ ἱερῇ λόγιον μετὰ τοῦ
Δαυὶδ λέγοντος· *Σὺ, Κύριε, συνέτριψας τὰς κεφα-
λὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Προστιθέτω
δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἐξόδου Ἰσραὴλ ᾄσμα μεγαλοφώνως·
Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ ἐνδύξως γὰρ δεδόξασται.*

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ πρὸς τὸ ὕψος
ἀφορῶν τῶν μεγίστων θαυμασίων τοῦ Θεοῦ καὶ Δε-
σπότη, καὶ τῆς ὑπεραγίας καὶ μόνης Θεοτόκου,
ἄφωνος ὑπ' ἐκπλήξεως γίνομαι, οὐχ εὐρίσκων λό-
γους ἰσοβότους τοῖς πράγμασι· ποία γὰρ μεγαλό-
φωνος γλώσσα, τὴν Παρθένον καὶ Θεοτόκον ἀξίως
εὐφημήσει; Πῶς παραδόξως ὑμνήσει τὴν παράδοξον
ταύτης χάριν; Καὶ τὴν πηγὴν τῆς φιλανθρωπίας
δοξάσει, καὶ τὴν εὐχαριστίαν προσάγειν τῇ Θεομή-
τορι; Ταύτη γὰρ ἤδεται μᾶλλον αὐτὴ τε, καὶ ὁ ταύ-
της Υἱός, ἤπερ αὐλῶν καὶ ὀργάνων μουσικωτάταις
ᾠδαῖς. Αὕτη δὲ ἐστίν, ὡς ἐγὼ φημι, ἀγάπη ἀνυπό-
κριτος· νόμος καὶ προφητῶν οὔσα κεφαλὴ· φιλαδελ-
φία ἀνόθευτος· συμπάθεια ἀνεπίστροφος· παρθενία
ἔνθεος· γάμος ἔννομος· σιωφροσύνη ἀκατάγνωστος·
δικαιοσύνη σύντονος· ἀνδρεία κατὰ τῶν παθῶν ἔμ-
μονος· φρόνησις εὐτακτος· ἐλεημοσύνη δαφιλῆς·
ἐγκράτεια ἄτυφος· ταπεινώσις εὐκατάλυτος· καὶ
πρὸς τούτοις βίος ἄληπτος· τρόπος εὐχρηστος· ἦθος
μέτριον· νοῦς ἐνσύνετος· στόμα εὐλαλον· γλώσσα
εὐφημος· λόγος εὐλογος· ὀφθαλμοὶ οὐκ ἀκόλαστος·
χεῖρες οὐκ ἀκρατεῖς· πόδες οὐκ ὀξεῖς πρὸς κακίαν·
θυμὸς οὐκ ἀλόγιστος καὶ παρασύρων τὸν λογισμὸν
τῷ τῆς μανίας βεῦματι· κἄλλα, οἷς ἂν ὁ κατ'
εἰκόνα πεποιημένος ἄνθρωπος, καὶ μετὰ Θεοῦ τε-
ταγμένος, ὡς κόσμῳ πολυτελεῖ καὶ ὡραίῳ ἐγκαλλω-
πίσατο.

Διὰ τούτων ἔδει τῇ Θεοτόκῳ εὐχαριστεῖν· ἐπεὶ καὶ
τὴν εὐχαριστίαν ἔργοις ἀλλ' οὐ λόγοις ὀρίζεσθαί
ρασιν οἱ ταῦτα σοφοί· ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν
ἀσθενές, καὶ τὸ τῆς διανοίας νωθρὸν ἀποκνεῖν ἡμᾶς
πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπνον ποιεῖ, καὶ βραχεία
ταύτης ἀπτόμεθα, καὶ ὅσω εἰπεῖν, ἄκρω δακτύλῳ,
καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἔκτισιν τῆς εὐχαριστίας ἐν-
δεῶς ἔχομεν καὶ τὴν διὰ ῥημάτων ψιλῶν εἰσενέγκω-
μεν· ὑψόσαντες τὴν φωνὴν ἑαυτῶν, καὶ τὰς φρένας
μετεωρίσαντες, οὕτως εἴπωμεν ἐν ἀλαλαγμῷ· «*Σὺ
μὲν, ὦ Δέσποινα Θεοτόκε, τῇ φιλάνθρωπον ἐκ τῆς
φύσεως ἔχουσα, οὐ διέλιπες προνοουμένη τοῦ γένους
ἡμῶν· ἀλλ' ὡσπερ μήτηρ κοινὴ τοῦ τῶν Χριστιανῶν
γένους, φιλόπαις ὀμοῦ καὶ φιλόστοργος, οὕτως αἰεὶ
τὰς σὰς εὐεργεσίας ἐπιχορηγεῖς ἡμῖν διασώζουσα,
περισκέπτουσα, φυλάττουσα, κινδύνων ἐλευθεροῦσα,
πειρασμῶν ἀπαλλάττουσα. Ἡμεῖς δὲ ἀντὶ τούτων
εὐχαριστοῦμεν· ἀνακηρύττομεν τὰς χάριτας· οὐ
κρύπτομεν τὰς εὐεργεσίας· ἄδομεν μεγαλοφώνως τὰ
σὰ θαυμάσια· τὴν κηδεμονίαν δοξάζομεν· τὴν πρό-
νοιαν μεγαλύνομεν· τὴν προστασίαν ὑμνοῦμεν· τὴν
βοήθειαν ἐκθειάζομεν· τὴν εὐσπλαγγχνίαν δοξολογοῦ-
μεν· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παρελθοῦσι μεμνημένοι τῶν
σῶν δωρεῶν, καὶ ἐξ ὅσων κινδύνων ἐρρύσθημεν διὰ*

Atque hæc quidem talia sunt, quæ, ut loquar
cum Psalmista : *Enarrentur in generatione altera* :
osque omne Christianorum sacrum illud oraculum
cum Davide acclamet : *Contribulasti capita draco-
num in aqua* *. Ad hæc accedat et canticum pro
exitu Israelis magnifica voce : *Cantemus Domino ;
glorioso enim magnificatus est* 10.

Hoc loci deducto sermone, animoque in Dei ac
Domini, præsanctæque ac solius Deiparæ, maxi-
morum mirabilium sublimitatem intendens, præ
stupore elinguis fio, deficientibus verbis, ut rem
possim æquare. Quæ enim lingua magniflua, Vir-
ginem, ac Deiparam, dignis præconiis possit cele-
brare? Quomodo autem mirabiliter mirabilem ejus
laudabit gratiam, fontemque clementiæ magnifica-
bit, ac gratias referet? Par quidem erat, ut eas Dei
Genitrici gratias referremus, quæ ipsis constant
operibus. Quippe ea, ejusque natus, præ tibiaram,
ac organorum modulatissimis canticis, iis delecta-
tur. Sunt vero, ut ego pronuntio, charitas non
ficta, quæ summa est legis, et Prophetarum; sin-
cera fraterna dilectio; compassio non affectata, at-
que ex animo; divina virginitas; legitimæ nuptiæ;
irreprehensibilis castitas; justitiæ vigor; constans
fortitudo adversus vitia; composita prudentia; lar-
ge eleemosyna; continentia non tūmens; humili-
tas ad compunctionem facilis; ad hæc autem vita
sine crimine; boni mores, ac modesti; animus
prudens; os bene loquens; lingua favens; sermo
rationabilis; oculus non impudicus; manus nihil
incontinentes; ira non sine judicio, vel furoris
impetu secus rationem trahens; aliaque, quibus
homo ad Dei factus imaginem, ac ordinatus cum
Deo, cæu pretioso ac venustissimo mundo ornatur.

Iis oportebat Deipara: Virgini gratias referre :
quandoquidem et morales philosophi operibus, di-
cunt, non verbis gratiarum actiones defini. Quia
nihilominus imbecilli natura, ac animo segnes, ad
virtutis labores pigriores efficiuntur, leviusque eam
atingimus, atque, ut dicunt, extremo digito, eoque
referendis gratiis, earumque exsolvendo debito im-
pares sumus; vel nudis saltem verbis constantes
gratias inferamus. Levantes ergo vocem nostram,
ac mentes in sublime erigentes, in hunc modum
jubilo dicamus. «*Tu quidem, Deipara Domina,
insitam a natura clementiam habens haudquaquam
genti nostræ providentia defuisti; sed velut com-
munis Christianæ gentis parens, filiorum amans,
ac visceribus affluens, sic semper tua nobis bene-
ficia impertis; nos salvans, protegens, custodiens,
a periculis liberans, eruens a tentationibus. Nos
autem pro ejusmodi rebus gratias agimus; alto
vocis præconio agnoscimus dona; beneficia non oc-
cultamus; magnifice canimus tua mirabilia; tum
in nos studium, et curam glorificamus; magnifi-
camos providentiam; protectionem laudamus;
auxilium cæu quid divinum efferimus; misericor-
diam sermone celebramus. Atque pro iis quidem,*

* Psal. cii, 19. 10 Psal. lxxviii, 15. 11 Exod. xv, 1.

quæ præcesserunt, tuorum memores donorum, ac ex quamnullis tuo favore eruti sumus periculis, gratiarum actionis canticum hoc, seu debitum tibi offerimus, non velut tuis congrue beneficiis respondeat. Quid enim etiam his congruum haberi possit? enimvero amica habes filiorum balbutimenta. Pro his autem malis, quæ ingruunt, ac nobis molesta sunt, obsecramus, ut festine auxilium impendas. Rogamus probato patrocínio, et tutela, ut tollas offendicula in medio existentia; dispellas vero occupantem nebulam, ac atram caliginem, qua cæcati, seu nocturna pugna, cædimus pariter, cædimurque: vel ut melius dicam, uti furiosi nostras ipsorum carnes discerpimus, non agnoscimus cognatos, ac contribules nescimus. Atque hæc audemus: quinam vero? qui nimirum dignatione divina, eundem Patrem, Christum unum, eandem fidem, idem baptisma, unam Ecclesiam, sacramenta communia (ne in longum abeat sermo) habemus. Quamobrem supplices obsecramus tuam clementiam, ut tui populi ac tuæ hæreditatis miserearis, adsisque intercedens apud natum ex te Deum nostrum, ac nobis in extremo constitutis periculo auxiliaris, atque a deploratis eripias calamitatibus. Vides, o Domina, quot undique malis absumamur: *Exsurge igitur, et ne repellas in finem: Cur faciem tuam avertis, et oblivisceris inopie nostræ*¹¹? Dissolve incumbentes nobis timores ac tremores: tolle contentiosas opponentium pugnas: seda pugnas ac bella: siste motam in nos Dei iram ac contributionem: compone medias nostrum seditiones ac turbationes, tuisque famulis tranquillitatem ac pacem concede; ut plurimis illis beneficiis, quibus nos cumulasti, accedente hoc beneficio, tua prodigia sempiterno præconio celebremus. »

Huc autem deducto sermone, ac ejus contrahentes vela, ad totum silentii portum applicemus: hoc iterum admonentes collectum cœtum, ut ne ingrati erga beneficam et Dominam videamur; neque qui ipsis rebus beneficio simus affecti, vel saltem verbis gratiarum actionem offerre negligamus: in quos nimirum iterum revertamur commodum. Siquidem enim pro prioribus bonis grati fuerimus, magnam nobis ad futura fiduciam comparabimus, ac assequemur inenarrabilia ac arcana bona, gratia ac misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria ac potestas in sæcula. Amen.

¹¹ Psal. XLIII, 25.

σου, ταύτην σοι τὴν εὐχαριστήριον ᾠδὴν, ὡς χρέως προσάγομεν· οὐκ ἀντάξιον μὲν οὖσαν ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις. Τί γὰρ ἂν καὶ εἴη τούτων ἀντάξιον; πλὴν φίλα σοι τὰ τῶν σῶν παίδων ψελλίσματα. Ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐνεστῶσι καὶ λυποῦσιν ἡμᾶς, παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ὀξυτάτην βοήθειαν· δεόμεθα τῆς σῆς ἀντιλήψεως, λῦσαι τὰ ἐν τῷ μέσῳ προσκόμματα· διασκεδάσαι τὴν ἐπέχουσαν ἡμᾶς νεφέλην τε καὶ σκοτουμένην, ὑφ' ἧς ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ βάλλομέν τε, καὶ βαλλόμεθα, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὥσπερ οἱ ραινόμενοι, τῶν ἰθίων σαρκῶν ἀπτόμεθα, καὶ ἀγνοοῦμεν τοὺς συγγενεῖς, καὶ τὸ ὁμόφυλον οὐκ ἐπιγινώσκομεν. Καὶ ταῦτα τολμῶμεν τίνες; Οἱ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐνδὲς Χριστοῦ, τῆς αὐτῆς πίστεως, τοῦ αὐτοῦ βαπτίσματος, τῆς μιᾶς Ἐκκλησίας, τῶν αὐτῶν μυστηρίων ἡξιωμένοι, ἵνα μὴ λόγον ἀποτεινόμεν μακρόν. Διὰ τοῦτο ἱκετεύομεν τὴν σὴν εὐσπλαχνίαν, οἶκτον λαβεῖν τοῦ σου λαοῦ καὶ τῆς κληρονομίας σου, καὶ στήναι πρὸς τὸν ἐκ σου τεχθέντα Θεὸν ἡμῶν, καὶ βοηθῆσαι μὲν ἡμῖν τὰ ἔσχατα κινδυνεύουσιν, ἐξελέσθαι δὲ ἡμᾶς συμφορῶν ἀνηκέστων. Ὅρᾳς ὅσοις, ὦ Δέσποινα, κακοῖς περιαντλούμεθα· Ἀνάστηθι οὖν καὶ μὴ ἀπόση εἰς τέλος· Ἴνα τί πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις, καὶ ἐπιλανθάνεις πτωχείας ἡμῶν; Διάλυσον τοὺς ἐπικειμένους φόβους καὶ τρόμους· ἀνελε τὰς φιλονεικούς ἐνστάσεις· παῦσον τὰς μάχας καὶ τοὺς πολέμους· κόπασον τὴν καθ' ἡμῶν κινηθεῖσαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καὶ θραῦσιν· καταπράυνον τὰς ἐν τῷ μέσῳ στάσεις καὶ ταραχάς, καὶ γαλήνην καὶ εἰρήνην βράθεισον τοῖς ἰκέταις σου· ἵνα ταῖς πολλαῖς εὐεργεσίαις προστεθείσης καὶ ταύτης, ἀνακηρύττωμεν διαπαντός τὰ σά τεράστια. »

Ἄλλ' ἐνταῦθα γενόμενοι, καὶ τὰ ἰστία τοῦ λόγου χαλάσαντες, εἰς τὸν ἀσφαλῆ τῆς σιωπῆς ὁρμήσωμεν λιμένα· ἐκεῖνα πάλιν τοὺς συνειλεγμένους ἀναμνήσαντες, μὴ ἀγνώμονας φανῆναι περὶ τὴν εὐεργέτην καὶ Δέσποιναν, μηδὲ διὰ τῶν ἔργων εὐεργετουμένων, ὀκνεῖν τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν προσφέρειν· καὶ γὰρ πάλιν, εἰς ἡμᾶς τὸ κέρδος ἐπάνεισιν. Ἐὰν γὰρ ἐπὶ τοῖς φθάσαι εὐχάριστοι γενώμεθα, μεγάλην ἑαυτοῖς πρὸς τὰ μέλλοντα εὐτρεπίσομεν παρρησίαν, καὶ τῶν ἀποβήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχομεν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.